1585:

Noverint universi, quod nos Bartholomeus Perpinya habitator parrochie de Pugpunyent loci de Stellenchs, et Julianus Perpinya ex una: et Melchior Perpinya fratres filii Bartholomei Perpinya ab intestato defuncti partibus ex altera de
[illegible] attendentes inter nos dictas partes verbo motam fuisse [illegible] et questionem occasione hereditatis dicti quondam genitoris nostrum et domine Michaele Perpinyana parentum nostrorum [illegible] sine testamento, que hereditas consistit in quadam posses
sione sita tam dicta parrochia de Pugpunyent: que tempore obitus dictorum parentum nostrorum pluribus debitis onusta erat, et signanter pensionibus censualium ad quorum prestationem dicta possessio tenetur necnon etiam onusta erat pro restitutione dotis
[illegible] domine [illegible] Laneras et domine Bonifacie que primo fuerunt uxores dicti quondam genitoris nostrum. Scientes etiam et attendentes quod illud quod commune est aliquando solet negligi [illegible] iustum et rationi consonum ut utraque pars nostrum habe
at [illegible] Volentes igitur nos dicte partes parcere laboribus et expensis et viam iudiciariam [illegible] parare, [illegible] consanguinei quos [illegible] intervenientibus nonnullarum notabilium personarum virorum bonorum cuiuslibet et nostrum zelantium
[illegible] profitemur ad huiusmodi concordiam et transactionem sequentem. videlicet quod renunciato [illegible] nos dictas partes [illegible] litis future et eius prosecutioni et omnibus [illegible] iuribus et pretensionibus, nos dicti Bartholomeus Perpinya, et Julianus
Perpinya [illegible] presenti donamus, renunciamus, et pleno iure transferimus vobis dicto Melchiori Perpinya fratri nostro et vestris quendam hortum vocatum lo hort et de nall [illegible] paludem sive bassa Jacobi Palmer tenoris omnis quartonum vel [illegible]
terra, et [illegible] terre cum olivaris vocatum al millar de pertinentiis dicte paterne possessionis. qui dictus hortus affrontatur ex una parte cum dicta palude sive bassa Jacobi Palmer minoris. et ex alia parte cum horto [illegible] de Riuschas, et ex alia parte cum
horto Jacobi Palmer minoris. dicta vero pecia terre et olivaris affrontatur ex una parte cum possessione magnifici Gasparis Serralta, et ex alia parte cum possessione domine Margarite Balaguera vidue, et ex alia parte cum torrente affrontante cum hortis
et ex alia parte cum possessione mea dicti Juliani. Et ex pacto promittimus nos dicti Bartholomeus Perpinya, et Julianus Perpinya dare vobis dicto Melchiori fratri nostro tercentum quarterias de calc necnon tantos [illegible] manester per fer una casa, et vi
ginti libras monete Maioricarum. Et ego dictus Melchior promitto a die presenti ad duos annos evacuare domos vestras in quibus nunc habito. Necnon promitto ego dictus Melchior anno quolibet facere duodecim libras monete Maioricarum censuales pro dictis in
mobilibus de numero censualium ad quorum prestationem tota dicta possessio tenetur videlicet elemosinis sedis Maioricarum octo libras et restantes quatuor libras monasterio seu conventui beate Marie de Carmeno. quas ego dictus Melchior solvere promitto anno
quolibet sine damno et missione vestri et vestrorum. Est etiam pactum inter nos conventum quod si in futurum apparuerint alia bona dicte hereditatis dictorum parentum nostrorum preter illa que hodierna die per nos possidentur, et illa ad nostram notitiam de
venerint cuiuscumque speciei sint erunt communia inter nos. Et e contra si aliqua credita et debita apparuerint super dicta hereditate illa solvemus equis portionibus, videlicet ego dictus Melchior solvam sextam partem tantummodo ex pacto, nos vero predicti Bar
tholomeus Perpinya et Julianus Perpinya fratres accepimus prout iam accepimus totam restantem possessionem confrontatam prout in chartis inde factis latius habetur. Necnon etiam solvere promittimus sine damno et missione vestri et vestrorum omnia alia censua
lia ad quorum prestationem dicta possessio hodie tenetur et non alias. Unde nos dicte partes renunciantes exceptioni dicte concordie et divisionis sic inter nos non facte et non inite rei que sic non geste, et doli mali, actioni que in factum facimus altera pars
nostrum alteri nostrum ad invicem et vicissim de predictis omnibus et singulis et aliis quibusvis iuribus petitionibus et demandis in quibus altera pars nostrum alteri nostrum usque in diem presentem teneretur seu obligata esset ratione dicte hereditatis
seu alio quovis iure titulo ratione sive causa directe vel indirecte, tacite vel expresse bonam finem diffinitionem et generalem remissionem ac pactum validum et solemne de ulterius aliquid non petendo sive de non agendo altera pars nostrum contra alte
ram nostrum ad invicem et vicissim premissorum occasione vel causa ullo modo. Et si quid errore compoti aut alias penes alteram partem nostrum alteri nostrum restat quovis modo ratione titulo iure sive causa, aut in debito sive in obligatione totum id quic
quid et quantum sit vel esse possit ex certa scientia et consulte remittimus et donamus altera pars nostrum alteri nostrum ad invicem et vicissim donatione pura mera simplici et irrevocabili inter vivos ac de presenti prout melius dici potest scribi et in
telligi ad commodum et utilitatem sanum que intellectum alterius nostrum ad invicem et nostrorum. Liberando, et absolvendo altera pars nostrum alteram nostrum ad invicem et vicissim ab omni et quacumque actione petitione vel demanda quam altera pars no
strum contra alteram nostrum ad invicem et vicissim nunc vel in futurum movere posset vel intemptare occasione predicta vel alio quovis iure titulo causa vel ratione. Imponendo altera pars nostrum alteri nostrum ad invicem et vicissim in et super premis
sis silentium sempiternum, omnemque agendi viam penitus abdicando. Et sic nos dicte partes consentientes ad invicem et vicissim ac emologantes presentem concordiam et transactionem: quam volumus ad incogitata extendi promittimus altera pars nostrum alteri nostrum
ad invicem et vicissim hanc concordiam servare et complere, et illam nullo unquam tempore revocare contrafacere vel venire neque venienti consentire directe vel indirecte iure aliquo titulo causa vel ratione. Pro quibus omnibus et singulis supradictis
sic complendis tenendis et inviolabiliter observandis obligamus altera pars nostrum alteri nostrum ad invicem et vicissim omnia et singula bona nostra et alterius nostrum ad invicem mobilia et immobilia presentia et futura ubique sint. Renunciantes legi di
centi quod in generali pacto seu transactione non veniunt incogitata. Et legi dicenti generalem transactionem non valere. quia nos volumus et concedimus quod in huiusmodi generali transactione intelligantur et comprehendantur omnia et singula specialia
et particularia quecumque sint vel esse possint longe etiam maiora et graviora superius expressis. que omnia et singula perinde habeantur ac si de ipsis clara et specificata mentio hic facta fuisset. Renunciantes etiam omnibus et quibuscumque iuribus premissis
obviantibus quoquomodo. Immo quantum ad hec renunciamus omnibus causis ingratitudinis quibus donationes possunt revocari. Et ut predicta maiori gaudeant robore et firmitate ad cautelam iuramus ad dominum deum et eius sancta quatuor evangelia mani
bus nostris corporaliter et sponte tacta contra predicta non venire neque venienti consentire directe vel indirecte, tacite vel expresse iure aliquo titulo causa vel etiam lesione. Actum est hoc in civitate Maioricarum die videlicet decima quarta mensis Septem
bris Anno a nativitate domini Millesimo quingentesimo octuagesimo quinto. Sig+na nostra Bartholomei Perpinya, Juliani Perpinya, et Melchioris Perpinya fratrum transigentium predictorum: qui hec laudamus, concedimus, et firmamus.

Testes huius rei sunt discretus Ludovicus Gari scriptor Maioricarum, et honorabilis Bartholomeus Calafat minor dierum ville vallis de Mussa: in quorum presentia dicti Bartholomeus Perpinya, et Melchior Perpinya firmarunt et iurarunt.

Sig+num meum Josephi Amer nott. Publici Maio. qui presens instrumentum recepi illudque in hanc publicam formam aliena Redigi et scribi feci cum correcto in linea xxj ubi legitur nostrum et propria manu clausi.

1585